

# The Digital *Viridarium consolationis* Project

## Pars 4: De aliis virtutibus Caput 9: De correctione fraterna (8)

Idem (Gregorius):

Cavendum est ne tempore luctus increpatio fiat,  
quia etsi recte quidam debent increpari,  
non tamen in afflictione,  
ne qui lenire debent dolorem augeant.

**Consolatores onerosi.**

Cavendum est ne tempore luctus increpatio fiat.  
quia et si recte quidam debent increpari  
non tamen in afflictione  
ne qui lenire debet dolorem augeat.

*Glossa ordinaria, liber Iob, 16 (Biblia Latina  
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).*

In hoc uero quod dictum est:

*Consolatores onerosi omnes vos estis;*  
quid aliud beati Iob magisterio docemur,  
nisi ut quisque perpendere sollicite sciat  
ne luctus tempore uerba increpationis inferat?  
Si enim sunt quaedam quae increpari iure debeant,  
in afflictione postponenda sunt  
ne consolator increpando dolorem augeat,  
quem lenire proposuerat.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 13.3 (CCSL 143B,  
M. Adriaen ed., p.670, ll.6-12).